

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nobilitas k
cum fontibus primis

Quid Thimotheo nocuisse creditur quod
fuit ex patre gentili?

E regione vero
quid Thimotheo nocuisse creditur quod
fuerit patre gentili?

Hincmarus Rhemensis, *De diuortio
Lotharii et Tetbergae quaestiones
septem*, 6 (PL 125, col.758D-759A).

Aut quid nocuit Abrahae quod patrem
habuit Tharam luteorum deorum
cultorem? Nonne separatus a genere suo,
positus est in caput fidelium ut iam non
diceretur filius peccatorum sed pater
sanctorum? Nec potuerunt gloriam eius
sordidare paterni errores.

Aut quid nocuit Abrahae, quod patrem
habuit Thare luteorum deorum
cultorem? nonne separatus a genere suo
positus est in caput fidelium, ut iam non
diceretur filius peccatorum, sed pater
sanctorum? Nec potuerunt gloriam ejus
sordidare paterni errores.

Crisostomus ibidem (super illud Matthei
III.: Patrem habemus Abraham).

Pseudo-Chrysostomus, *Opus
imperfectum in Matthaicum*, 3 (PG 56,
col.651).